



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de

**Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX**

Dominica Septvagesimæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](#)

Tria Farinæ duodecim redimita stellis, quinque draco persequebatur. Tria autem farinæ sara, quibus fermentum inseritur, triplex dici lex potest, naturæ, Mosaica & Euangelica: hec enim tres in Ecclesia tractantur: sunt etiam fides, spes, caritas: de his enim tribus in concionibus Euangelicis agitur: sunt oratio electrosyna & ieiunium, haec enim tria fideles edocentur: sunt paupertas, obedientia, castitas: nam tria haec Euangelica doctrina ad perfectionem consilunt: sunt denique contitio, confessio & satisfactio, in his enim tribus penitentia vera ac genuina sita est, quam tories Euangeliici praecones annuntiant. O farinæ dulces ac care! sed easum in primis fermentum, quod omnia haec sublieuat, producit ac fermentat! De quo iam plura non dicam, ut finem duabus hisce parabolis imponam.

**Conclusio.** Vos vero auditores, horum omnium memoriam conseruate, parabolæ has nolite obliuisci: reminiscamini Christum ideo regnum cœlorum grano sinapis contulisse, ut edoceret, non prius regni cœlestis compotes nos fieri posse, quam humiliter de nobis ipsi sentiamus, & in oculis propriis parvissimus. Humiles siquidem Deus & demissus se sentientes amat & amplectitur: superbos & turgidos execratur. Imitamini ad haec auiculas, quas in arbore hac videtis niddicantes, exuite naturam animalium terram semper intuentium, & ventri obsequientium, at auum assumitis, in altum euolate, diuina contemplamini, oculos mente inquit in altum sustollite, & sacra mysteria meditamini, fermentum autem malitiae relinquit, caueat à fermento hypocrisis, fermento prauorum dogmatum, sermo illo nefando quod benos mores destruit, & animarum nostrarum farinam corruptit & acidam reddit.

Hanc porro tu nobis gratiam concede, omnipotens Deus, exuberantissime bonorum fons, animarum Redemptor, seruator orbis: tu, inquam, qui vere granum sinapis exististi, paruum in ortu, paruum in stabulo, paruum in deserto, paruum in passione, & in cruce patuum, sed, qui deinde post resurrectionem, post gloriosum ab inferis

reditum, post triumphalem ad cœlos ascensione adeo magnus effectus es, ve in arborum procerissimam, cæterasq; arbores magnitudine superantem extenuaris, cuius sub umbra & ramis, tot aues nidum struxerint, tot animæ sanctæ & piaæ deliquerint, mundum tibi ut adhærent deserentes. O arbor vita, & omnium quos ad vitam destinasti refugium, nostrum esto asylum, sedes & quietis, nos vero aues tuæ simus, ut à mundo secreti, & ab omnibus terrenis cupiditatibus & negotiis expediti, laudes tuas cantare & mirabilia celebrate possimus: expectantes donec plena & canora vox cantantes audire meamur angelos, in quorum confortio omnis beatitudo nostra & felicitas vera, ad quam nos deducere dignetur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

### DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

#### Partes.

- 1 Quod labore opus sit ad salutem.
- 2 De Dei nōs vocantis amore præueniente, ciuiusque paſto.
- 3 De vocantis & vocatorum debito, & horum tardatione.
- 4 Qui sint otiosi in hora undecima.
- 5 Quid à vespere & procuratore expetandum.
- 6 Quales opera iij.
- 7 Quae merces operariorū.
- 8 Quis quantusq; denarius.

Simile est regnum cœlorum homini patrificalias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

#### FIGVR A.

**D**EUS optimus maximus, cum Hebræo 1. Reg. 21. drum peccatis ad iracundiam prouocatus, nullam cœlo pluviā dimitteret, adeo, ut omnes fame se enecandos metuerent: David Rex summis precibus ab eo contendit, & oraculum consuluit, ut indignationis sua & flagelli intentati causam reuelaret.

X 2 Cum

Cum autem viuis ob noxam Saulis primi regum Juda tantam terrae fuscitatem cœnisse didicissemus, ut potest, qui nonnullos Gabaonitarum iniuste neci dedisset: legatos quamprimum in Gabaon destinavit, qui peterent, quamnam pro iniusticia suorum satisfactio- nem desiderarent, aut quomodo interse- etorum piaculo placari vellent. Qui dixere, Virum, qui attribuit nos & opprescit inique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis filiis Israël. Dentur nobis septem viri de filiis eius ut crucifigamus eos Do- mino. David igitur iratoe Dominum placa- turus, Gabaonitisq; satisfacturus, septem e sanguine regio, de stirpe Saul, electos dedit, quos in montis vertice, in conspectu ciuitatis cruci affixere. Relspha autem aliquorum hic suspensorum mater, casum eorum grauiter ferens, & dolore propemodum examinata, cineres conspersa lacrymis suffusa, a cruce, nec nocte, nec die decedebat, fortrem filiorum deplorans, qui nempe non ob suum, sed patris delictum, morte occubuerant. Hodie porro figuram hanc completa video. Adam quippe primus generis humani parens, cum Deum inobedientia ad iracundiam prouocasset: factum est, ut aquæ penuria mundus laboraret, nullusque amoris, misericordiae, gratiarumque imber cælo caderet. Seniores porro & magistratus populi Israël, quorum Rex David, eum fuisse hunc diuinum auertere iratumque numen placare vellent: Christum, secundum humanam generationem è posteritate Adæ descendente, & in quo septem Spiritus S. dona, & quidem copio- fissime, reperire erat, morti, & morti, quidem crucis adiudicarunt. Quod triste spectacu- lum cum Relspha, id est, Ecclesia, intre- tur, luctu & amaritudine confecta calidis mortem eius lacrymis deplorat Ecclesia in quam musicam & omnem iubilum deponit, tristitiam induit, & carmen lugubre & ele- gos decantat, deplorat inquam Christi sui fortis, morti non ob sua, sed Adæ parentis sui delicta commissaque, adjudicati. Nec sati esse putans, cineribus seipsum deue- mustare, & ob mortem Christi lugatum in- duere: omnietiam ratione fatigis, ut fideles omnes laboribus insistant & ad beatitudi-

nem æternam secum perueniant: exemplum idecirco iis ob oculos ponit, ad quod velut ad normam vitam componant, & omnia verba & facta dirigant, quo tandem ad æter- nam felicitatem pertingant. Parabolam inquam proponit, ut in hac, qui in Ecclesia militante adhuc agunt, videtur sibi quid à- gendum sit, ut nimurum in vinca Domini da- borent, quo opere exacto & labore abioluto in triumphante Ecclesia, cœlesti inquam gaudio, mercedem recipient. Hoc Euange- lium hodiernum continet, quod ut aliqua vobis ratione profit, summi numinis gra- tiam postulemus & Spiritus S. operi in plo- remus idq; suffragio & intercessione glorio- fissimæ Deiparæ, quam Gabrieli Archange- li verbis salutemus. Ame Maria,

I.

Ea semper omniū Catholicorum, Theo- logorum opinio fuit, opera sancta piaque salutēne- ad salutem necessaria esse, laborem merito- rum omnium partem, nullamq; sine labore mercedem expectari posse. Hanc dicere so- lebant veteres, gentiles licet ac pagani, Deos omnia laboribus vendere: apud Christia- nos autem iam certo certius est, Deum opri- um maximum non nisi sudoribus & sanctis operibus res minimas, ne dum gloriam cœ- lestem, æternamque beatitudinem, vendere: & quidquid in cœlo habetur gaudii labori- bus & sudoribus parari.

Atq; hæc fuit ratio, cur Ægyptii labore ex- primentes, bouis caput depingerent, ani- malis scilicet laborib. assueti: quod & imitan- tes Romani, bouem diis maestaturi, coronis & fertis caput illius redimebant: inten- tes soli labori & ærumoso sudori coronam & mercedem deberi. Salomon quoque dum in basibns columnarum, & in coronulis pe- ristyliorum boues & Cherubim efformari voluit, mystice declarauit instar boum no- bis in Ecclesia, interea dum viuimus labo- randum esse. Si Cherubim & sanctorum for- tis participes esse velimus.

In Exodo quoq; mandauit Deus Moysi, vt vela & cortinas tabernaculi, lincas, & hya- cinthinas, & purpureas faceret. Purpura hec, quæ rubicunda & sanguinea est, denotat, in Ecclesia ad sanguinis vsq; effusionem nobis laborandum est: liuum vero quod toties ma-

Caputbe-  
uinum la-  
boris His-  
troglyphi-  
cum.

Cant. 5.

*bus subit, toties tunditur & laboratur, antequā ad perfectionem & formam legitimam veniat, mortificationem designat: hyacinthus autem, qui cœruleus color est, & cœli conœxa imitatur, æternæ beatitudinis præmium. Hinc laudatur in Canticis spōsa quod digitos hyacinthis refertos habeat. Qui cumque enim laborat, membraq; sua mortificat, gloria hyacinthum promeretur.*

Math. 17.

*Quod & testimonis è sacra pharetra de promptis confirmari poterit. In Matthæo quippe scriptum legitur, Regnū cœlorum vim patitur. Et viol. nra rapiunt illud. Perinde ac si Euangelista dixisset: Regnum illud cœlestē, cuius Monarcha Deus est: purpurati, Angelī in cœlo, sanctorum animæ, terminus æternitas: nonnisi armis paratur, & soli violenti, id est seduli, laborantes, non vero inerrēs & desides, eius participes & compotes siant, Quam deinde sententiam Apostolus confirmans, ait, Vnusquisq; propriam mercedem recipiet secundum laborem suum. & quam ipse sexcentis allegoriis eo stabili um.*

1. Cor. 3.

*David priusquam Saulis filiam in matrimonium acciperet, & regis generieret, Goliam prostrernere, confictum inire, vitamque periculo expondere debuit. Mysterium denotat, neminem cœlestem illam filiam, beatitudinem in quam accipere, & non dico generum, sed filium Dei fieri posse (dedit illis postulatam filios Dei fieri.) nisi arma sumat & Gigantem illum, inundū inquam, expugnet ac prostrernat. Quo alludens Iob diecere solebat, vitam hominis militiam esse super terram. Expertus id etiam erat Paulus dum diceret, Bonum certamen certavi, cursum consummavi: ut hinc cuidens fieret nonnisi laboribus mercedem & præmium parari.*

Iob. 7.

*Exploratori s Iosue cum è terra promissionis reuerti, fructus terræ coram vniuersa multititudine protulissent, mox dixerat, Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos, ibi vidimus monstra quedam siliorum nra degener giganteo. Profecto Saetii omnes exploratores illi regni cœlestis & eminus è cœlis fructum modo ostendentes, id ipsum nobis hodie inclinarent, vnaque voce auctorunt, per saultas nos tentationes in regnum cœlorum intrare oportere.*

Num. 13.

*Ipse quoq; Dei Vnigenitus aperte id demonstrauit: cum enim filij Zebedæi, ambitione excæcati, & honorum sitientes, matrē <sup>AET. 14.</sup> honores petiram ad redemptorē misserint, vt scilicet vñus ad dextrā, alter ad sinistrā in regno illius, nullo præcedente labore, sine sudore & puluere, considerent: molli corū superbiā responsione compescuit, dicens, Nescitis quid petatis. Inshauare voluit, omnes <sup>Matth. 10.</sup> qui honores ambiant, & laborem fugiunt, nescire, quid petant, eorumque se postulatis annueret non posse.*

*Cum hoc Domini responsum refero, al. Apophthegmatus mihi prouisus similis in mentem venit. gma regis Adolescens quidam cum regem Antigonum Antigoni adiisset: præmiumque virtutis paternæ bello declarata petiisset, ipse autem ignavus & imbellis esset, hoc à rege modo reprehensus fuit: Ego virtuti propria, non aliena; mercedem dare soleo. Et profecto ea Dei nostri consuetudo est: vt vnicuique nonnisi iuxta laborem & meritas mercedem retribuat. E quo manifestum reddi potest, bona ad salutem opera per necessario requiri, & fere fatuum cum ac stolidum dici posse, qui nullo exaltato labore, beatitudinem adepturum se sperat.*

*Inter prima, quæ Isaac Rebecca dedit, in Gen. 42. pignus amoris monilia, fuere armillæ & iauræ. Iaures quidem fiduciæ, armillæ vero bonorum operū sunt symbolum. Primum autem & pretiosissimum monile, quo nos Deus, verus ille animalium sponsus donat, ipsa est fides, quæ sine bonis operibus mortua est, quibus omnibus si careamus, non est quod Deo placere, aut aliquod ab eo præmium adipisci posse confidamus.*

*Canticorum ille sponsus, quo amorem, <sup>Cant. 5.</sup> quo se à sponsa diligenter sperabat, exterius etiam intueretur, vt signaculum se super cor & brachium ab ea poní voluit, pone me ut signaculum super cor tuum; Et signaculum super brachium tuum. Sponsum vero in corde & brachio signatum gestare nihil est aliud, quam ex toto animo, Deum verum animalium sponsum diligere: illunque amorem operibus bonis exterius testarum facere: atq; hoc est, quod tantopere Deus desiderat.*

*Inter ceteros, quos ab ingressu tabernacu. <sup>Lew. 11.</sup>*

li, locique sancti introitu, Deus per Mosem arceri voluit, erant claudi, & fractam manum praferentes. An non hic allegorice designat, eos qui laborare detrectant (quod fracta manus denotat) celo excludendos, nec auditum, nedium ullam in æterna beatitudine partem expectare posse? etiam Psalmographus declarauit dicens: *Omnis gloria filia regis ab intus, in simbris aureis circumacta varietibus.* Id est omnis decor & pulchritudo Ecclesiæ, quæ est filia illa regia, in intentione, quæ latet intrinsecus, & bonis operibus, quæ exterioris eduuntur, consistit.

*Psal. 44.*

**Cur Deus cœlum laboribus patari voluerit.**

*Gen. 19.*

*Rom. 8.*

*Epist. ad Atticum.*

ili, locique sancti introitu, Deus per Mosem arceri voluit, erant claudi, & fractam manum praferentes. An non hic allegorice designat, eos qui laborare detrectant (quod fracta manus denotat) celo excludendos, nec auditum, nendum ullam in æterna beatitudine partem expectare posse? etiam Psalmographus declarauit dicens: *Omnis gloria filia regis ab intus, in simbris aureis circumacta varietibus.* Id est omnis decor & pulchritudo Ecclesiæ, quæ est filia illa regia, in intentione, quæ latet intrinsecus, & bonis operibus, quæ exterioris eduuntur, consistit.

Opera igitur bona & labores assidui ad cœlum consequendum necessaria sunt, idq; varias ob causas Primo, quod cœlum sit: adeo ut mirum non sit, si magnos exantemus labores, sudemus, difficultates varias subeamus. Si enim vriminima quæque in mundo adipiscamur, sudemus, & nullam non molestiam toleremus, cur gloriam cœlestem gratis nobis dari velimus? Patriarcha Iacob quo ad Rachelis nuptias pertingeret, virginis ipsi annis servire graue non duxit, noctes & dies in gregis commoda intuigilans, ac variis cœli iniurias sustinens, & tamen videbatur dñe pauci pœ amoris magnitudine, quid Rachelis est pulchritudo, si cum cœlestis gloria dignitate excellentiaq; comparetur? Tu mihi dic Paulæ, quid de illa tibi videatur? Non sunt, inquit, condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. Nam quamvis ad aliquot myriadas annorum vitam extenderemus, eosque diuino seruicio obsequioq; impenderemus, nihil omnino hoc esset, ac ne minima quidē tantæ gloria: particula dignum. Cicero vir prudens & in rebus ciuilibus versatissimus, audito, fratrem Consulatum ambire, mox ad eum literas misit, quarum hæc erat summa: *Peregrinus es, mi frater, Roma est, consulatum pœsis.* Id est, Quid cogitas, quo aspiras? quid praetendis? anne tu externus Consulatum ambis, & quidem in vrbe Roma orbis domina, dignitatem etiam omniū dignitatum primam. Perinde ac si dixisset: *Quicunq; ad Consulatum adipirat, labore prius necesse est, eundemque promereatur:* is enim est honor, ad quem nonnisi summis laboribus quis a-

scendit. Isdem se Christianus verbis componet, cum cœlestem sibi beatitudinem promittit, necesse est: *Peregrinus es, cœlum est, beatitudinem pœsis.* Nam peregrinamur omnes à Domino, & beatitudinem cœlestē pœtimus, qua nulla maior aut amplior, quanti igitur subeundi labores, quantum oneris sustinendum?

Secundo, quod ita homini ad salutem ex. Quæ mandat: nam si gratis Deus cœlestem gloriam hominibus elargiatur, non tanti eam tut labor. Sancti, quanti modo faciunt, cum pugnabuſ, caro certandoque eius se compotes factos es- sunt. Se perspiciunt, existimarent. Videamus enim i. Reg. II. fieri quotidie: vt ea, quæ magnis laboribus, & nonnisi pœciis difficultatibus, parata sunt gratiosa & iucundiora existantib; quæ dormiendo & nihil minus, cogitando compotes reddimur. Testis sic Saul, qui quod gratis, sola diuina electus gratia, ad regnum Israel cuectus esset, beneficium tantum, quanti recuera debuit, non fecit, ita vt etiam se fuga subduceret, quo minus in regem assumeretur. At posteaquam Ammonitis profligatis, victoriaque aplissima obtenta, idipsum promeruisse visus est, plurimi fecit: ac sapientiæ apud suos gloriatus est gladio se & armis regnum sibi Israel vendicasse.

Patriarcha Jacob testamentum condens, Hieronim & hæreditatem inter fratres distribuens, singulariter pœ reliquis Josepho portionem legavit, dicens. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorhai in gladio & arcu meo.* Quæ verba Septuaginta hoc modo interpretati sunt: *Do tibi Sichimam pœciuam super fratres tuos, quam recipi de manibus Amorhaorum in gladio meo & sagitta, quamquæ & Chaldaica Paraphrasis altera huc transferat, Ego autem dedi tibi partem unam pœciuam super fratres tuos, quam tuli de manu Amorhai, oratione mea, & obsecratione.* Videre quot in sensu verba hæc torqueantur: quidem viam regiam insistendo, cōmūnemq; Patrum expositionem sequendo, per partem hanc singularem Sichimam, Samariæ opidū denotari credo, quam Jacob per filios suos Dinæ raptū vindicantes, omnesq; Sichimitas pœligates, acquisita, Josepho donavit:

qui

qui quo magis Ioseph⁹ gratificaretur, suum que amorem in eum testatum ficeret, aperiens partem & hereditatem se tradere affectit, quam multo sudore & summo vita discrimine sibi pepererat. Docere nos quis etiam voluit, ea quæ magna difficultate parantur, cariora & graviora esse ijs, quæ stertendo ac sine labore nobis obtinunt. Hinc voluit Dominus violenter nos cœlum rapere, & sudore molestiaque gloriam immortalem acquirere: ut nimis eo sit acceptior, plurimique eandem faciamus, quā si gratis ad ipsam deuenissimus.

Hodierno id Euangelio, sub egregiæ ciudam parabolæ inuolucris, expositum video, in quo regnum cœlorum patrifamilias, summo mane ad operarios in vineam suam conducendos cuncti simile esse traditur: qui buscum dum ille ex denario diurno conue nisiet, in vineam suam singulos destinauit, qui deinde sepius diuersis temporibus egreditus & alios vinitores repertos, ad eamdem omnes misit. Cum vero iam sero factum esset, vocato procuratore domus, singulis denariis, prout cum vnoquoque stipulatus erat, persoluit. Historia feriem Matthæus descripsit: è qua ut aliquid in rem vestram adducam, primo de vinea vinitoribusque, deinde de mercede & denario loquar.

Vix parabolæ huius limen ingresso quamprimum etiam minus cogitant occurrit, patrem hunc familias esse Deum: vinitores, nos omnes: vineam Ecclesiam, & denarium, ipsam beatitudinem. Vinea igitur Ecclesia est, tam triumphans quam militans, quod in hac vinitores conducentur, in illa vero premium accipiant. Paterfamilias siquidē haud dubie ipse Christus est: redemptor noster, aut secundum nonnullorum interpretationem ipse Deus Pater, Ipse enim communis omnium nostrum pater est, & patrifamilias, qui diligenter creaturam suarum curam gerit, quique mundi rebus hactenus semper solerissime prospexit ac prospicit. Sed ita, ut primo mane tempore exeat mature diciturus & dispositurus.

*Matt. 20.*  
Amor hu-  
mis Patris

Ex ijs primo mane. Tantus Patris nostri in filios amor & affectus est, ut eum è somno dormientem exciteret, quo ad nos querendos,

conducendos, meritaque nobis adaugenda exsurgat. Non etiam sine emphasi dictum familias est: Ex iis primo mane. Notant enim doctissimi.

mi quique sacræ Scripturæ interpres, & præterim Hebreæ lingua peniti, matutinam illam è somnis excitationem, magnum aliquod desiderium & amorem vehementem innuere: Exempligratia, ubi in Proverbiis in Vulgata legitur, Qui diligit filium, insisterer erudit: in Hebreo legitur, Mane dilucido erudit.

Quasi dice et, In eo maxime patris erga filium amore elucer, quod eundem magna contentione diligentiaque summo mane erudit. Quin & codem libro cum de

pellaci meretricis alloquio, quo adolescentem in illicitum concubitum pellicere conabatur, agitur, dixisse singitur, Egressa sum in oceum tuum desiderans te videre, quæ verba ad fontes Hebraicos reuocata sic leguntur. Egressa sum, ut mane consurgerem ante faciem tuam. Quasi dixisset, Ita me tristis absentia tua affectit, itaque tui videndi desiderio flagravi, ut summo mane surrexerim, quo vulnus mihi carissimum intuerer. At maior longe Dei: in nos amor est patrisque huius cura & affectus vehementior.

Quæ duo ut sacra Scriptura exprimeret, metaphoricum loquendi modum adhibuit. Describitur quippe pater hic in Psalmis super Cherubim ascendisse, & ventorum admiriculo per cœlos terramque volitasse: Et Psal. 20. ascedit super Cherubim, & volavit super pennas ventorum. Figurata vero hoc loquendi ratione designatur, quando Deus amore diligentiaque suis in necessitate constitutis subueniat & auxilietur: quippe, qui non incedere: sed instar venti perniciibus pennis per aera ferri videatur.

Ex ijs primo mane. Hic notes velim, ò ani- ma, patris huius bonitatem & clementiam qui Deus in benitum primo mane surget, misericordiam nigritatem declaratur, vindictam autem exercituru, facilis, in & flagella intentaturus, sero domo exeat, institutam. Cum enim Adamum grauissimi criminis reū tardus, castigare decreuisset, non mane sed post meridiem exiit, Deambul. n. ad auram post meridiem. At misericordiam & bonitatem facturus currit, festinat, & ventorum instar volans properat. Arque hoc est, quod sub Cherubim illius

Ezech. 10.

Ellius figura, pedes simul & alas habentis, declarare voluit Ezechiel: Deus namque sanctus ille Cherubinorum rex vere pedes habet, quibus ad corripiendo peccatores lente incedat: alas ite quibus voler, dum benignus eos in gratiam admittere satagat. Adeo ut de ipso auctoriter illi Poetæ versus usurpati merito queat:

*Taritus es ad paenam princeps, ad premia vox.*

Deus in ijs  
quæ ad sa-  
lutem no-  
stram spe-  
rant pro-  
uidus est.  
*Iob. 3:8.*

Cant. 5.

Cant. 2.

Matth. 20.  
Dei miseri-  
cordia ab  
incunabu-  
lis nos vo-  
cat.

1. Reg. 3.

Izai. 49.

Izai. 49.

Izai. 21. 5

118.

Luc. 1.

replebitur ad huc ex utero matris sue, quid denique de se profiteatur Apostol. cum autem plau-  
cuit ei, qui me segregauit ex utero matris mea &  
vocabat per gratiam suam. An non summo ma-  
ne ille vocari censendus est, qui ante natu-  
tatis auroram vocabat?

Neque hic illius diligentia & sedulitas Operarii  
stetit: nam à primo quo surrexit momento, quos De-  
usque ad horam undecimam, operas in vi-  
neam destinare non intermisit: omni enim poribus  
hora quos in Ecclesiæ vineam mutat, ido-  
vineam la-  
neos operarios querit. Nam summo mane, misit,  
id est, iam ab ipso mundi exordio, Patriar-  
chas vocabat, qui fuere omnium primi qui  
vineam illius excoluere: deinde Prophetas  
mox Apostolos, postea Martyres, post omnes  
hos doctores, aliosq; inumeros: itaq; sum-  
mo mane egressus est conducere operarios,  
quibuscum de stipendo conuenit.

Conuictio hæc ex denario, pactum quod Conuictum  
dam inter Deum & hominem initum de- & pacia-  
notat, quo alter alteri indissolubili quodam Deum in-  
vinculo & nexus se obligat, hinc quidem ho- & homini  
mo, omni seratione effectum spondet, vt  
vinea fructus proferat, id est, Christianæ se  
opera editorum: illinc vero Deus, si fru-  
ctum viderit, in compensationem, vitæ se  
æternæ præmium praebetur. Præterea, non satis est Deo, gloriam homini suam pro-  
misisse, sed ulro se quin etiam ad dandum  
obligat, quod & scripto, ne qua fraudis detur  
occasio, vult stabiliti. Et merito quidem,  
vult enim imprimis suis firmiter nos pro-  
missis confidere, nullaque de iuratione du-  
bitare; vt pote qui fidelissimus sit, & verax in  
omnibus, neminem in promittendo fallat,  
aut quod pollicitus sit, implere negligat.  
Quod aperte testatus David canit: *Fidelis psal. 114.*  
*Dominus in omnibus verbis suis, & sicut in*  
*omnibus operibus suis. Idem sentiebat qui in*  
*verbis se Domini, nuncquam inentientis,*  
*confidere dicebat: Scio cui credidi, & certus 2. Tim. 1.*  
*sum, quia potens est depositum meum seruare in*  
*illum diem.*

Hinc quoties in veteri Testamento Deus Promissa  
quoddam cum hominibus pactum aut fecit. olim sua-  
dus inire, visitata id aliqua ceremonia sta-  
bilire, ad maiorem auctoritatem, solebat monijs p-  
vt in primis, dum pactum cum Abraham blicis.

Patriar-

*Exiit primo mane. Quam inattinus est*  
Deus, quam tempestive exsurgit, vt nos vi-  
neæ suæ cultores conducat, & gloria æter-  
na nobis denarium concedat! abi spis ineu-  
nabilis, ne dicam matris utero, misericordia  
sua magna nos præuenit. *Quam mane Sa-*  
*muel, Ieremiam, Ioannem Baptistam, a*  
*liosque innumeros sibi elegit & vocabat!* ab  
ipsa videlicet matrice vocati sunt, & summo  
mane ad vineam coledam à patrefamilias  
conducti. Audite quid de se testetur Izaias  
*Dominus ab utero vocavit me quid sentiat*  
Ieremias, priusquam reformem in utero, noui-  
ss. quid Psalmographus scripserit: *In repro-  
testus sum ex utero, & alibi suscepisti me ex utero*  
matris mee, quid Lucas Euangelista de magno Zachariæ filio referat? *Et spiritus sancto*

Patriarcha contraheret, quo certum eum & securum redderet, ita ut de verborum suorum labore non dubitaret ( qui nimis Deus veracissimus, omnisque mendacij expers esset ) signum aliquod visitatum demonstrauit, cærimoniaque pacta conuenta communis confirmauit; flamma nimis ante eum per medium avium, iuueniarumque duas in partes reselectarū pertransiente. Ignis autem hic morte eum & lumbifragio dignū designabat, qui quod inter eos statutum erat, irritum redderet, fœdusque initum violarer.

Exod. 14.

In Exodo item cum Deus cum populo suo in legis promulgatione paciscetur, Moles legatus & mediator utriusque partis, sanguine victimæ & populum, & altare Domini pariter conspergit. Quæ conspersio nihil signabat aliud, quam utrumque ad fedes observationem devinciri, nullaque ratione initum pactum, ut ad Hebreos Apostolus scribit, posse rescindi. Deus igitur cum hominibus paciscitur, atque ideo lumbo mane exit conducere operarios, & cum ijs stipulari.

III. O misericordiam singularem! o benignitatem incredibilem! o Deum clementissimum! qui quamvis adeo potens & sublimis sit, summus videlicet monarca, ac proinde nullis legibus subiectus, è nemine prorsus pendens, gloria tibi tamen & honori dicit, hominis inlata ad certas quasdam leges & conditiones astringi. In quo profecto summa illius misericordia & clementia eluet. An non enim infinitæ bonitatis indicium est, homini vili & abiectæ creaturæ ius tribuere, quo Deo altissimo & infinito actionem intentet, eiusq; maiestatem coram proprio tribunalí in ius quodammodo vocet? Hac benignitate bonitateque percussus Job dicebat: *Contra folium quod vento rapitur, offendit potentiam tuam; Et dignum ducis super humi modi aperire oculos tuos, Et adducere cum te cum iniudicium.*

Job. 13. 14. Quam admirabilem cum vineæ suæ cultoribus conuenire, & stipulari non secus ac si dominus quispiam odium excommunicatione contenderet, quo seruis suis & gitarit, ut se vasallis obligatus esse posset, eorumque se

poteſtati ſubijceret. quamvis, ſi ex congreuo & rerum momenta accuratius librando, loqui velimus, nulla ratione dici poſſit, Deum debitorum creaturis, quo p̄æmium illis perſoluat, debitorem existere, aut ſubijci: vt qui ſola misericordia induitus pactum ineat, quo ſe promissa ſeruaturum obligat, ſequē pollicitationis factæ facetur debitorem. Ut hīc fieri videmus, ubi magna verborum ſolennitate nobiscum pacificit; opera noſtra, quæ nullius ex ſe valoris ſunt, ex vi pacti conuenientis huius, infiniti meriti fore, ſine qua tamen omni merito & mercede deſtituta iunt. Atque hunc in modum intelligenda ſunt verba illa Lucae: *Cum fecerit omnia Luc. 17. que precepta ſunt tibi, dicite, Serui inutiles ſumus. & illa Pauli: Non ſum condigne paſſiones Rem. 8. huīus temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis: Ex vi autem pacti huius dicere magna confidentia audet Apostolus: Reponita eft mihi corona iuſtitia, quam redderem mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed et iis qui diligunt aduentum eius.*

Cuius rei egregiam in libris Regum figuram legimus. Inter cetera Davidis etiamnum adolescentis stratagemata, fortitudinisque indicia refertur, quod viros percuteret, leones dilaceraret, lupos iugularet, aliasque belluas & mole vastas, & feritate immanes, non ſine praesenti corporis periculo, conficeret. Quæ quamvis profecto singularia, & heroicæ virtutis rigumenta foreat; nullam tamen ex ijs laudem, nullam gloriam, imo ne obolum quidem adeptus eft. At mox ut hominem interfecit, quem iſtu lapidis eminus ad terram prostravit, ſine ferro & haſtili ſuperauit; omnium praeconijs celebatur, gratiam filie regiae consecutus, & Saulis generfactus eft. Quid ergo in cauſa eſſe putamus, ut Goliadæ pluriſ, quam virorum & leonum demembratio, fieret; cur illa maiorem, quam hacladem promeritus ſit? Vnica rei huiusce ratio fuit, quod Saul Go- liadæ percussori filiam ſe ſuam in matrimonio operam no- nium dagrum ſpoondiſſet, nuptiasque ſtra meri- & affinitatem regiam monſtri huius nece toria. parandam sancte iuraset: ni hoc fuſſet, nunquam tantam gigantis cædes laudem.

Tom. I. pars Prima.

tantaq;

tantaque præcopia nec tantam mercedem obtinuerit. Hinc igitur manifesto colligere poterimus, Christianorum opera infiniti meriti ac valoris esse, qui ex vi pacti quod nobiscum in iusti Deus, ortum habet, cum igitur cœlestem nobis gloriam spondeat, et quissum ac rationi maxime consentaneum videtur, ut summo mane in vineam illius exeamus, cum ipse ultra conuenire nobiscum, nosque in vineam suam nec opinantes conducere non grauerit.

Mirum hominem Deo minem Deo priusquam aliquod Creatori obsequium sine mercede seruare præstet, de mercede certior esse vult, nihil que, nisi præmio proposito, in honorem Domini exequi. In quo degenerem profecto, ac plebeiam suam sortem demonstrat, ut quæ Creatori optimo, benignissimoque, sine mercedis & præmijs amplissimi spe, obsequi nolit. O ingratitudinem, ne dicam peruvicaciam singularem! Vasalli ut regi, mancipia ut domino, filij, patri, Creatori, creaturæ obtemperent, eiusque mandata exequantur, præmia promittantur, & remuneratio præcurrat necesse est. Patere hinc ad oculum post, plebeios nos & ignobiles mercenarios esse, ex denario diuino operantes, imo sine prompta pecunia, aut saltam opere peracto persoluenda, ne pedem mouere volentes: quorum conditionem exponens Iob ait: *Sicut dies mercenarii, dies eius.* Ea enim conditionis nostra vilitas est, et frides animi, ut, non nobilium & generosorum athletarum, sed plebeiorum ac triuialium instar, non nisi spe præmijs præposita, seruamus. Inter quos se numerare etiam David rex non erubescit dicens: *Inclinavi cor meum ad factandas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem.* Deus itaque mercedem amplissimam pollicetur, antequam serui obsequium præstent, & operarios certa mercede proposta in vicinam conducit.

*In vinea* igitur Dei, non autem dæmonis, Domini & laborandum est, non in pratiarum scilicet cupiditatum, honorum, deliciarum, auaritiaeque vinea. Quam enim dicitur in maculum est, in vineis hisce Gomorrhae operam & laborem ostendit nos perdere! Deplorauit hoc olim Deus ipse, & quodam-

*Iob. 7.*  
*Hominis animi vilietas.*  
*Psal. 118.*

modo succenser, cum tam multis in vinea mundi huic, in sua vero paucissimos laborantes aduerat: *Non me invoca Iacob, ne claborasti in me Israhel.* Id est, interea dum idololatras diis suis supplicabant, tu Jacob silebas, nullaque me prece placabas: interea dum proprio idolis suis sanguine litarent, tu nullum mihi amoris obsequijq. signum ostendebas: si quem vero laborem perferebas, non in mea hunc vinea, sed cupidinis auaritiaeque exantlabas. Hic autem paterfamilias non conductus operas, nisi in vineam suam, & non in alienam, tantaque sedulitate & sollicitudine, ut omnibus diei horis, tertia sexta, nona & undecima, in compita egressus sit, operarios conducturus.

*Circa undecimam vero exiit.* Non est autem, ut amplius nos ipsos excusemus, Auditores; omniisque nos hora Dominus ad se vocat. Iam inde ab utero matris testatur hoc Ierem. dicens: *Dominus ab utero vocauit me, vix ipsi quoque in hunc mundum ingressi sumus, quin ipsa nobis fides, gratia, aliaque charismata conferantur.* Ab ipsa etiam adolescentia; quoties enim auribus nostris insonat dicens: *Adolescenti dico surge?* *Luc. 7.* Sed quæ nostra socordia est, sæpe quidem vocantem Dominum audimus, at semper tristiuam aliquam excusationem prætextimus, imo longius, ne vocantem audire compellamur, recedimus. In quo adolescentem illum Euangelicum, à Domino ad Apostolici culminis honorem euocatum, sed patris grandiori prius sepeliendi sibi licentiam dari postulantem: *Permitte me.* *Matth. 8.* *primum ire;* & sepelire patrem meum, imitatur. *Reg. 19.* Homo semper refecit: *Tulit parvum & maledicuit illud;* *& in aratro bonum coxit carnes, & dedidit populo,* *& comeduntur.* Ita & nos quoties à Deo vogamur, conuersationem in aliud tempus differimus, & procrastinamus de die in diem, tota die in foro otiose stantes, & socordis diffundentes, excusationesque aliquas semper excoquientes, dum ad cœlestia vocamur, statim in te-

*Matth. 10.*

*Ierem. 1.*

*Luc. 7.*

*Matth. 8.*

*Reg. 19.*

*Homossem*

Elias Propheta cum Elizæum vocasset; per se excutienturum se quidem mox ille ait: sed in parenternam prius domum secedens, boues & pinguis jugulavit, civesque suos epulo sanctissimo refecit: *Tulit parvum & maledicuit illud;* *& in aratro bonum coxit carnes, & dedidit populo,* *& comeduntur.* Ita & nos quoties à Deo vogamur, conuersationem in aliud tempus differimus, & procrastinamus de die in diem, tota die in foro otiose stantes, & socordis diffundentes, excusationesque aliquas semper excoquientes, dum ad cœlestia vocamur, statim in te-

in terra quædam nobis expedienda adhuc negotia obiicimus : in quo magnum saepenumero nobis ipsi detrimentum afferimus, excusandoque non parum damni capitii nosstro accerimus.

Cum inter pastores Abraham & Lot, quotidie iurgia ostentur, ait Abraham : Ecce uniuersa terra coram te est : recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegis, ego ad sinistram pergam. Lotigitur, optione data, locis scopulosis & montosis relicitis, in amoenissimam & iucundissimam regionem, sed decluem secessit, in qua tanta tamen regnabant sceletra, ut igne cœlitus delapsio expiri debuerint. Sed malo in cligendo, inquit Ambrosius, consilio vñus est : cum è regione, quam ut optimam & fertilissimam legebat, captiui abductus sit, & omni substantia denudatus. Huic peccator, mibi credite, perfilialis est, qui à Deo toties vocatus, & quasi impensus, ut certum sibi vita genus deligeret, alta virtutum cacumina, vitaque religiosis scopulos declinat, quo valles humiliores ingrediatur, voluptatibus indulget, deliciis vacet. Diaboli non vero Dei consilia sequatur, vnde suipius sèpe exitij causa existit. Deo igitur vocanti auctoritatem, nullaq; non hora invitanti parendum.

**Deus omni tempore operario conductus.**

Et sane omni hora egreditur operarios conducturus : prima enim diei hora cum Adamo stipulatur; tertia cum Noacho conuenit; sexta Abramum conducit; nona Moysem, & undecima Apostolos in vineam destinat. Cumq; ultima hora egressus multos in fero otiosos vidisit, stomachatus &

**Matth. 10.** succensus ait : Quid hic tota die otiosi?

**Deus salutē in Euangelica legi negligentiibus irascitur.** Non adeo mirandum est, si in lege naturæ & Mosaica multi salutis propriæ negligentes aut parum de eadem solliciti, repertifint : at nunc in tempore accepto, in lege gratiæ, ultima mundi hora, postquam tantum nobis Christus amorem declarauit, & tot cum nostris causalabores subiisse, & in numero ab eodem beneficia accepimus, tantis tamq; efficacibus sacramentis porimur. Cœlum cuilibet patet ; desides aliquos esse, dormire securos, otiani, stertere, indignū est,

iniquum est, & grauissimo supplicio puniendum. His igitur dictum credamus : Quid statu hic tota die otiosi?

172

Notent hic curiosi rerum indagatores, scelos taxari eos & socordiarum accusari, qui circa horam vndecimam otiosi fuisse competuntur : nam tametsi omnes desides & pugni merito reprehendendi sunt, ij tamen primis redarguendi, qui toros dies in otio transiungit, vitamque inertiissimam ac maxime desidiosam ducunt. Quamuis enim adolescentes & iuuenes, qui nondum ad vndecimam vitæ horam peruenire, si deliciis diffluant, otio torpcent, & nihil agant, reprehendi castigarique mereantur: tamen, Senes saluti, qui vndecimam vitæ horam jam attigerunt, tis suæ nequæ ad ætatis vesperam vergunt, mortisque gligentes in limine versantur, maiori sane castigationis rene, si stertant, digni sunt. Quas enim vocantem prehendem Domino excusationes prætendent? quid di quam in suæ negligentiæ purgationem adferunt? iuiores, quomodo se defendere poterunt? quid aduersus hanc taxationem: Quid hic statu tota die otiosi? dicent:

Hinc est, quod B. Martyr Cyprianus inter duodecim mundi abusus hunc inter primos retulerit : Secundus, inquiens, gradus abusione est, senex absque religione & sanctimonia. Inter abominationes etiam, quas olim Ezechiel in templi medio vidit, fuere senes, eani capillis, sed lasciuis viridantes, niuei mento, sed non mente, dorsum altari obuerentes, & florulorum odores consecstantes. Tergum autem altari obuertere, nihil esse potest aliud quam omnis pietatis expertem viuere, quod cum omnem ætatem maximopere dedebeat, tum in senecte & cano abominandum est, & maximopere detestandum.

**Lib. de 12.  
abusibus.  
Ezech. 8.**

Nam ut arboris illa nomine indigna est, Simile excindique meretur, quæ, postquam Vtare frondes & flores protulit, nullum tamea Autumni tempore fructum edit : ita illi hominis nomine prorsus indigni, & excisionem merentur, qui iuuentutis & vernantis ætatis flore clapsi, nullos virtutis, prudentiæ, modestiæque, in vitæ autumno, fructus proficerunt.

At mortalium sapientissimus Salomon,

X 2 non

**Triz. 3.10.** non interabusus modo hoc referendum censet, sed monstri etiam simil esse credit, quod merito omnes derelicti & refugiant: *Tres species odii i anima mea, & aggrauor valde anima illorum. Panperem superbum dicitem mandarem, & senem satum & insensatum.* Ut cetera taccam ait, sene insolente, & fatuo nihil reperiri posse, aut odio sius, aut derelicti.

**Eccles. 15.** **Emblema** Rider in Emblematibus fenum canorum quo senum stulto um stulto um ineptia designatur.

Rider in Emblematibus fenum canorum que verticum stultitiam & ineptam stoliditatem Alciatus Fingit Amorem & Mortem die quodam ad idem diversionum declinasse, & calu mane dum discessum pararent, alterum alterius armis impulsi. Amorem falce mortis, eiusq; feralibus telis instructum abiisse; Mortem vero pharetram & sagittas cupidineas humeris adaptasse. Amor igitur cum solita in iuuenes tela ejaculatori disponebat, & ad amandum incitaret, inopinato omnibus, dolignarus, leto dedit. Mors quoque cum in canitatem illam, decrepitaq; filicernia, alterum iam pedem in Charon, cymba habentia manus iniicere veller, cupidinis telis eadem transfixit: adeo, ut non occumberent letali atundine percussa, sed iuuenescerent, ineptirent, lasciveque insolefescerent. Verba proferant & verlus.

*Hinc iuuenes occidit Amor fallente pharetra,  
Hinc Mors ipsa suo cogit amare senes.*

**Matth. 10.** Dicte igitur, num merito aduersus illos verba illa Evangelij detorqueri queant: *Quid facitis hic tota die otiosi?*

**S:enesiam** An non enim deplorandum est, tor ho dic se neciones & sola canicie venerandos repertiri, qui annis quidem graues, nullum tamen adhuc in vinea Domini laborem sub boni egisse ierint: toto vita tempore in mundi huius foto otiosi, & vanitatibus suis impliciti sterint. Sapientior hac in parte exstitit prudens ille Bercellai, cui cum iam seni amplissimos David rex honores offerret, omnem voluptatem & delicias perosus, solo se necetatis intuitu eosdem repudiauit, indignum scilicet ratus, se iam grandaeum & annis gratem, quem mortem semper & tumultum pra oculis habere par esset, frequenter regiam, & aulae deliciis interesse. Quid igitur cogitatis decrepiti, totone vita tem-

pore otio diffuetis? *Quid hic statu tota die otiosi?*

Quid? solos illos reprehendis Domine, **Matth. 10.** quos in foro, & per compita otiosos repetis? illinc igitur impune habebunt, qui hodie in templis otiosi agunt, qui Ecclesiastica beneficia possident, nulloque bono opere eisdem se dignos exhibent, non incumbentes studiis, concionibus non vacantes, nullum probiratis exemplum dantes, animaque proximorum non ædificantes, delicias conlectantes, conuiua frequentantes, alea & chartis lusoriis tempus transgentes, proximi in vita dissolutione offendentes, nullam castigationem comminationemve auident? Si in foro otiosos reprehenderis; qui tamen conductorem expectabani; quid faceres obsecro, si tot Canonicos in Capitulis otiosos & segnes cerneris, osad cantandum vix semel laxantis, Psalmos non tecitantes, orationi non incumbentes, Missæ sacrificium non celebrantes, nullas in pauperes elemosynas erogantes? Quid, inquam, re facturum putamus. Domine, si tot in monasteriis & cœnobis religiosos videres, otio pereuentes, somno indulgentes, virtutum exercitio non incumbentes, bonis operibus non vacantes, raro orantes, rarius meditantes, penitentiam exoscos, fruges denique natos consumere, & de cete curanda plus æquo sollicitos, nihil autem agere curantes, imo nihil unquam operatos? an non aduersus hos inclamares: *Quid hic statu toto die otiosi?*

Solum hic otium & inertiam Paterfamilias coarguit, non autem adulteria, homocidias, pecuniæq; cupiditatem; sed mysterio & infame, hoc non vacat. Primo, quod otium ipsum infame sit; omnes enim offenduntur, cum in rep. bene instituta tot nebulones, vagabundos, errores, otio diffuentes, gladiatoria tamen Otium quadam firmitate præditos, & laboribus formidum manifestis idoneos vident. Secundo, quod ipsum lorum omnium malorum radix sit & principium, dix, quod euellere omniratione conatur. In quo peritum medicum unitatur, qui cum tibiam distentam & intumescentem videt, venam mox aperiendam consiluit, sanguinemque minuendum. Hieronymus quoque non aliud

**2. Reg. 19.**

aliud aduersus ingruentes tentationes rustico suo remedium præscriptit, quam otio fugam, & honestam semper occupationem: Amicorustice, semper aliiquid opus facito, vt te semper in misis inueniat occupatum; & sic quantumcumque tenteris, nunquam iam venieris.

Otijdam-  
num.

Ipsum proculdubio otium tam graue est, & noxiun, vt Philosophi minus absurdum esse putarint, credere mundum ab æterno fuisse, quam Deo inertiam & torporem aliquem affingere, aut eum vñquam p̄æ otio ab eo dirigendo quievisse. Hinc constans omnium semper opinio fuit, quam diu Deus fuit, tamdiu & mundum extitisse: si enim nullus fuisset mundus, Deus ab operando cessasset, quod nulla tamen ratione fieri posse dicendum: cum Ens illud infinitum, & agens omnipotens otiosos maximopere detestetur. Ipsa quoq; nos fides doceat, otium nunquam in Deo locum habuisse, non quod ideo mundum ab æterno fuisse credendum sit: alia namq; in se diuina maiestas & majoris momenti, in quibus operaretur, quam mundi creationem, & totius vniuersi directionem, habebat; diuinæ scilicet essentiaz suæ contemplationem, diuinorumque personarum amorem & mutuam communicationem. At solum hinc efficere volo, otium noxiun esse magnorumq; detrimentorum causam: cum Deus ipsum detestetur otiososq; adeo tam acriter corripiat: Quid hic statu tota die otiosi?

Math. 10.  
Deus non  
est Deus,  
si ab ope-  
rando ces-  
saret.

Ioan. 5.

Inter omnes hosce operarios, nullos reprehendit Dominus, quam qui tota die nihil fecere: nihil enim diuinæ naturæ repugnat magis quæ otium, adeo, vt si Deus otiosi ageret, Deus non esset. Est enim agens semper operans, & spiritus semper agens, & nunquam quiescens. Testatur hoc ipse Dominus de se loquuntus: Pater meus usq; modo operatur & ego operor. Hinc Græci Patres; inter cetera admiranda nomina, quæ illi impo- suere, nomen ei dedere, quod denotat aliquis qui semper in opere versetur, vt ita assiduum illam nunquamque delassatam diuinitatis circa creaturem occupationem operacionemque patefacerent. Hinc Elias Pseudo-icitatem Baal exhibilans, illius sacrificulis

aiebat: Clamatē & ecce maiore, forsan enim 3. Reg. 13. Deus in diuiser, orio est, aut certe dormit, ut excite- tur.

Vinacioribus te adhuc coloribus & natiua fuligine depingam otium, mala bellua: lib. 4.

atque in primis de te reperio, Catonem hominem illum prudenter dicere solitum, homines nihil agendo, discere male a- gere. Solonem quoque lege vetuisse, filij ne parentes alerent senio grauatos, aut ad inopiam redactos, a quibus nullam qua victum comparent, artem didicissent. Apud Ägyptios adhæc, ne quis otiosus viueret, legem

Biogen.

Laert. lib. 9.

Diod. Sicu-  
lus.

fuisse, qua omnes nomen suum & artem, qua ad victum parandum sufficeret, ad ma- gistratum deferre cogebantur. Pisistratum etiam, teste Älian, Atheniensium tyrannū, quadam die otiosos omnes & vagabundos ad se vocari iussisse, iisq; vnum in locum cō- gregatis dixisse: Sine bone, nec semina habetis, de meo accipite, vt te ram colatis: metuebat scilicet tyranous, ne otio sua labore coniuratio- nem in caput suum machinarentur, regnoq; eiicerent. Merito igitur S. Augustinus, quem post tot profanos scriptores iam produci- mus, dicere potuit, Otium hominis in vita adhuc constituti sepulturam esse: & pater familias, cum otiosos in foro stantes conspi- ceret, iure illos acriter corrīpere ac taxare: Quid hic statu tota die otiosi? Equidem non Matth. 10. amplius eos pati queo, nec diutius in eos- dem inucho: quo circa illis in foro reliq; operarios iam conueniurus sum, deq; eorum mercede loeuntur: hoc enim initio factu- rum me receperam.

Refert igitur Euangelista, patrem familias, cum omnibus dici horis egredius esset, Circa vitæ atq; omnis generis operas in vineam misit. aut mundi ser, cum ad uesperasceret, familia suæ procu- vespere rantrorum ad se vocasse, dicendo: Voca opera- Deus ope- rios, & reddi illis mercedem, incipiens à nouissimis rarijs mer- cedem re- usq; ad primos.

Cum sero factum, &c. per vocabulum sero, tribuit. quid obstat quo minus mortis, aut extremi Matth. 20. iudicij uesperam intelligamus: tunc enim, vitæ die exacto, operarios vocabit Domi- nus, dignamq; illis mercedē retribuet dicens: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, siti- Matth. 25. ui & dedistis mihi bibere. Nudus fui, &c. Hæc

Y 3. qui-

V.

quidem opera. Sed mercedem mox subiungit: *Accipiter regnum quod paratum est vobis.*

**Deus mercedem suorum non differit.**

Hic gradum sistas velim, anima mea, tecumq; consideres, Deum operatio<sup>m</sup> suorū mercedem diutius; autin alium diem non differre; sed eodem quo opus absoluere die, laborem compensare solitum. At non ita mundani: nam postquam variis operarios oneribus oppresserint, sanguinem eorum emulixerint, ad ossa usque emacerarint; non confessim pactum iis præmium assignant, sed de die in diem differunt, procrastinant, quin & mercedem sæpen numero, penitus negant, adeo, ut miseros defraudent, & præterfas & æquum decipient: la quo grauisimum sacrilegium committunt, quod contam Deo vindictam exclameret. At non ira fecisse legitur sanctissimus Propheta Job, qui suam hac in parte innocentiam declarans, nunquam se operarum aut seruorum suorum mercedem distulisse ait, aut laborem aliorum non solvendo comedisse: *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me.* Hodie vero Homines adeo crudeles & seculatos reperiuntur, ut magnæ sibi gloriæ ducent, si seruorum mercedem defraudent: imo ut à domesticis in ius ob eandem defraudationem vocari pulchrum putent, cum tamen nonnulli quod æquum est, postu-

**Ecclesiastes**

**Mundus seruos suos & clientes decipit.**

**Gen. 31.**

Iomicidio hocce peccatum non conce-  
re credit Salomon: *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fures sunt.* Est autem peccatum in spiritum san-  
ctum, vindictam à Deo etiam in hac vita ex-  
poscens. Mundus vero hic, Auditores, cru-  
delis eheu tyrannus est, qui suos misere de-  
cipiat ac circumueniat: in quo Labanum im-  
mitatur. Hic enim Jacob seruum suum soler-  
tissimum & maxime sedulum, qui varias e-  
ius nomine molestias subierat, coelique ini-  
urias passus erat, non semel atque iterum,  
sed decies in matrimonio filia decepit:  
quod & Jacob uxoris suis interdum con-  
questus est cum lachrymis, dicens: *Sed & pater huius circumuenit me, & mutauit mer-  
cedem meam decem vicibus.* Est etiam cru-  
delis ille Pharaon, qui Israélitas, cum dies

integros lateres, & sara humeris gestando laborassent, & sub oneribus grauissimis ge-  
muissent, circa vesperam tamen, loco piz-  
mij ac mercedis, loris ac flagellis arabantur,  
virgisque illorum terga conscribillabantur. Unde ipsi laboris & ingratitudinis tantæ in-  
patients, Pharaoni dixere: *En famili tui Exod. 5.  
flagellis cadimus, & iniuste agitur contra popu-  
lum tuum.* At non hæc est boni huius patris  
familias agendratio; nam ingruento vespe-  
ra, vocatos operarios mercede donatos di-  
mittit.

*Cum sero autem factum esset.* Vesperam **Math. 10.**  
hanc aut noctem plerique extremi iudicij  
tempus intelligunt: nam per diem illum cuius in exordio & crepusculo pater hic fami-  
lias exiit, & sub eius vesperam mercedem  
debitam soluit, multi tempus, quod inter  
mundi initium & finem interiectum est, de-  
signari credunt. Est hæc opinio Irenæi, Ori-  
genis, Hilarij, Optati Milcuitani, Gregorij Lib. 4.c.70  
M-gni, & venerabilis Bedæ. Alij non tam  
late extendunt, sed tempore, quod à primo  
Christi aduentu usque ad secundum inter-  
iectum erit, hunc diem circumseribunt, ut  
Athanasius. Sunt & nonnulli, qui in arctio-  
res adhuc limites contrahunt, dum unius  
cuiusque nostrum vitam hic denotant  
putant: quod **CHRISTI** Domini verbis  
stabilire conantur dicentes: *Ambulate dum  
lucem habetis;* & *Me oportet operari opera eius,*  
*qui misit me, donec dies est.* *Veniet enim nox,*  
*quando nemo poterit operari.* Quomodo cum  
que demum intelligatur, hinc tamen colli-  
getur, vesperi patremfamilias procuratori  
præcipere; ut operariis mercedem meritam  
tribuat.

Observandum hic venit, quamvis vineæ Toparchæ  
hujus dominus procuratorem habuerit, cui & magni-  
tudinis vineæ curam commiserit; per se tales, qui of-  
ficii operis mercedem & stipendum, & non sicutum ad  
per alios, solvi solutionique & rationibus ministrare  
præesse voluisse. Discant hinc, qui in fun-  
ctione aliqua tum sacerdoti, tum Ecclesias-  
tica constituti sunt, quomodo in dignitati-  
bus suis gerere debeant, nam quamvis vi-  
carios & præfectos, legatariosque substi-  
tuant, quorum humeris uniuersam negotijs  
meum imponant; non ideo tamen pe-  
nitius

Natus ab omni cura liberantur; ad ipsos si quidem spectat, interdum quid agant subdelegati, intueri, rationes examinare, & oculis in omnium manibus euagari, ne hinc forte subditū offendantur, deq; dominorum negligentia, vel vicariorum crudelitate con querantur.

Ira fecisse compemus Hebreorum doctorem Mosem, qui cum non satis ijs, quos vt socios ad populi regimen, iudiciaque disquitenda assumperat, fideret, ipse praeesse & summa cum auctoritate praesidere voluit: *Qui iudicarent plebem, omni tempore; quidquid autem grauius erat, referebant ad eum.* Est enim onus & dignitas quæ non nisi humeris illius, qui eadem fungitur, gestari debet. Hinc Isaías Propheta de Messia, de eiusque munijis agens, ait: *Principatus eius super humerum eius.* Elias quoque Propheta currus Israel & auriga eius esse perhibetur: auriga, quod regeret, & currus, quod omnia totius regni onera & negotia suis ipse humeris sustineret. Beatiigitur & felices rectores, qui Prophetam hunc imitantur, resque subditis commissas, suis interdum oculis inuentur.

Si principes & domini temporales, imo & Ecclesiastici, id ipsum hodie usurparent, non tot in regnis mala, in yrribus miseriae, in plebe depeculations, exhaustiones, insolentiaeque apparerent: subditorum, credo, maior haberetur ratio, melius populi se negoti habent, quamvis etiam gubernatores, praefecti, & tribuni lapidibus duriore & belluis immittiores forent. Quod Saalem fecisse sacræ docent litteræ: audito enim, habitorum labes Galaad ab Ammonitis opprimi & diuexari, & visis eorum lacrymis, ait, *Quid habet populus quod plorat?* Cum igitur lacrymarum causam didicisset, penitus permotus, auxilium ijs te laturum & supperias spopondit, *Et insinuit spiritus Domini in sancto,* cum audisset verba hac: *& iratus est furor eius.*

*Domini* Verum aliud hinc erui etiam potest: respe seruos periri scilicet sè penumero procuratores, a fuos adora- tores; vicarios, delegatos qui ad dominorevidentur, rum exemplum composti sunt, & eodem (vt aiunt,) cum illis iure perfusi crudelis, immites, & inhumani: qui quamvis interdum yiles sunt

& plebei, tanti tamen à dominis sunt, vt ab ijs adorati & coli, imo quo à subditis adoren- tur, commendari videantur. In quo impium & fatuum Nabuchodonosor imitari viden- tur, qui & ipse statuas luteas, quas exerat, diuīs honoribus afficiebat, & ab alijs adorati volebat.

Hinc est, quod ipsimet domini & superiores non dominantur, sed sub vicariorum delegatorumque potestate è contra consti- tuti esse videantur: nam soli vicarij & actores in familijs eorum & rebus publicis impe- riant & dominantur, ita vt omnia ab eorum voluntate dependant: tantoque interdum rigore & duritate agunt, ne dicam tam abso- luta & plena potestate, vt tametsi Angeli zu- lam eorum subirent, si modo ministris dis- pliceant, nullum accessum inuenirent, sed velut indigni repellerentur. Accidit hoc Da- uid regi quem Achis rex aula exegit, quem tamen Angeli Dei loco haberet, quod pur- puratis illius displaceceret. Audimus quid di- cat: *Scio quia bonus es tu in oculis meus; si ut angelus Dei, sed principes Philistinorum dixerint, Non ascendat nobiscum in pralium, igitur consurge manus tu, & serui Domini tuis;*

1. Reg. 29.

His vt technis & artificijs, hac grassari via Indigna ser- dæmon solet, efficeri nimirum vt Domini & uitus cum Principes ipsi seruitutem seruant, seruorum domini à genua adorent, id est, omnia ab eorum dire- cione & nutu dependant: è quo ipsa Prin- cipum pestis & ruina, regaorum interitus, & rerum publicarum calamitas, vt plurimum sequentur. Insignis profecto versutia fuit, qua in decipiendo Achab ysus est satan: *Egressus 3. Reg. 22.* est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum. Cui locutus est Domi- nus, In quo? & ille ait: Egregiar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophitarum: Id est, consiliorum. Sciebat nimirum omnia Regis huius à ministris consultoribusque dependere, ideo tòdem in fraudem indu- cere conatur, quo ita vaideri regni statum conculcaret & euenteret. At hac ratione non agit Pater hic familias, qui non ita procura- tori suo fidit, vt non aliquam etiam ipse cu- ram negotiorum in se suscipiat, solutioniq- mercedis intereat.

Ecce

Paterfamilias suis manibus non erogat, sed per procuratorem eundem distribuit: ponderant enim vicarij & magistratus inferiores, quotidiana rerum experientia edocet accuratius, plurisque facere laborem in vinea toleratum solent, quam ipsimet Principes otio & delitijs affueti. Hocce porro parabolæ membrum, eximum continent mysterium; Nam quemadmodum ipse vinea Dominus, est Deus, ita procurator eiusdem, Christus est: huic siquidem iniunxit, ut operarijs satisfaceret, qui nimis omnia viderat, & simile experimento didicerat, quam ob causam Paulus eum tentatum per omnia dicere non erubuit. Unicum hoc magnum illum athletam Iob, multisque trophæis nobilem, medijs in calamitatibus & ærumnis solabatur, cum aduersus pressus diceret, Scio quod Redemptor meus vivit, qui halce ærumnas meas æternas sit mercator, & vicerat hæc putrefactia amplissimo præmio compensaturus. Vnica quoque hoc à Domino contendit Psalmographus cum ait, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Id est, Mercedis persolendum, præmique pro laboribus referendi potestatem in filium tuum transfer: qui cum te Patrem agnoscat, vere potentissimi Monarchæ filius est. Deinde & in alio Psalmo, Da Domine imperium tuum puer tuo, quasi dixisset, Obsecro te Domine Deus meus, omnem quam habes iudicandi, operaque compensandi potestatem, Mæsiæ, qui in quantum homo seruus tuus es, consigna. Atque hæc quidem occasione procuratoris, cui vineæ Dominus iniungit, voca operarios.

VI.  
Math. 10.  
Ephe. 4.  
Multi in Ecclesia operarij.

De his operarijs in vinea Domini, id est, Ecclesia strenue laborantibus agens Euangelicus ille præcox Paulus, ait, Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangeliatas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi, &c. At de præsenti Ecclesiæ statu merito cheui! exclamemus, Mæsi qui em multa operarii vero pauci: mundus siquidem omnes sibi operas conduxit, Ecclesiæ nevum quidem reliquit; quod præclara è Regum annalibus historia notius faciet: Philistæ, barbari illi & incircumcis, cum Israelitas ad certamen prouocassent, omnes quos apud illos reperi- erat fabros & armorum artifices, in terram Allegoria Philistinum abduxerunt: adeo ut, cum iam in certamen descendendum, manusque conserenda essent, nec gladius nec hasta in exercitu Saul reperiatur, & proinde ad secures, veruta vomeres, serratasque ludes confugere fuerit necesse. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israël, cauerant enim Philistini, ne forte facerent Hebrei gladium aut lanceam. Hoc imitatur & versutus hic mundus, qui omnia Christianæ plebi arma è manibus excutit, ut nulla propemodum ad necessariam defensionem hostesque propulsando inueniantur hastilia: imo & opera ad coelendam Ecclesiæ vineam. Doctores inquam & Pastores strenui deesse videantur, & paucissimos reperire sit, qui gladios spirituales adaptent, quive arma cælestia eudant. Non abducebant Philistæ mercatores, negotiatores, usuratiois, aulicos, aut purpuratos: sed fabros ferrarios & pelliones: mundus similiter nonnisi Doctores, Prædicatores, prælatos, Præsules aliquique magni nominis calamo & lingua Ecclesiæ defendere, armaque ad animæ hostes debellandos expugnandosque adaptare, irretire & illucire satagit.

Et si quos operarios relinquunt, eodem ita imperfectos & inceptos habemus, ut officio viri suo fungi posse videantur: verorum autem operariorum proprietatem naturamq; ad viuum expressit Scriptura in Hiram Tyrio, artifice eximio, de quo hocce artis testimonium Rex Tyri tulit, Misisti tibi virum prudenter & scientissimum, qui nœuerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & ligno: in purpura quoque & hyacintho, & bysso, & coccino: & qui sciat calaro omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est. Veram hic operarij Ecclesiastici imaginem habetis: imprimis namque requiritur, ut sapiens sit & prudens: deinde, ut suæ specimen haud spernendum artis in auro & ferro, industrias periende declareret suam: id est, tam nobiles

1. Reg. 13.  
3. Reg. 7.  
2. Dan. 1.

biles quam plebeias animas bene modera-  
tur: bonos non secus ac prauos; tam suaves &  
moribus in star lae molles & placidos, quā  
cor ferro & adamante durius habentes ad  
virtutem extimuler: purpuram quoque tra-  
ctet necesse est, id est, Reges & purpuratos  
instruat, ijsque bono exemplo prælucat, &  
verbis ad probitatem viam eternat. Denique  
vita omni sculptura genere veisatus sit, ani-  
mis inquam nostris velut laminæ omnia vir-  
tutum genera insculpat. Hæc quidem opera-  
riorum occasione dicta sunt.

*Matt. 20.* *Vota operarios.* Non vocantur hic nobi-  
les, non auro & purpura fulgentes, non sub-  
limes Philosophi, sed soli operarij, de so-  
lis operibus hic sermo instituitur: quam-  
uis hodie, durante mundi huius die non-  
nisi de sola scientia, dignitatibus, nobilita-  
teque habeatur mentio; in tenebrosa ta-  
men mortis nocte, & ad extremi iudicij  
vesperam non nisi de operibus agetur. Tunc

*Indie Iudi-  
cij de solis  
operibus e-  
tit sermo.* Quippe magis proferit iniurias propter  
Davm remississe, & cum inimico in gra-  
tiā rediisse, quam eximiā illas Iulij Cæ-  
faris victorias obtinuisse: tunc maiori di-  
gnus laude concebitur vnicus humilitatis  
actus quam omnis illa olim decantata præ-  
conijs & à scriptoribus celebrata Alexandri  
Macedonis maiestas & amplitudo, quam  
totus terrarum orbis expaurit. Vnica tunc in  
egenos erogata eleemosyna maioris ponde-  
ris efficaciamque futu a est, quam amplissi-  
ma Crassi opes, sūeri diuītiae, aut Crassi  
talenta.

*Iai. 29.* Tunc Libanus in Carmelum conuer-  
tur, vti prædixit olim Iaias: & quæ prius  
fieri posse negabantur, sicut. Nam quæ mo-  
do fertilia & pulchra in mundi huius oculis  
apparet, tunc sterilent, & velut inqui-  
namenta sordebunt: quidquid vero iam  
contemnitur, & quodammodo conculeatur,  
tunc exsurgit, sublimius caput tollit, ni-  
tebit, & fructum proferet amplissimum.  
tunc quoque implebitur carmen illud An-  
na, cum gratas de concepta prole Deo a-  
gens, in gaudio prorupit, sterilie peperit plu-  
rimos, & que multos habebat filios infirmata  
er. Multi enim, qui modo hic steriles & in-  
fecundii videntur, tunc subito diuino ve-  
*Tom. 1. Part. Hyemalia.*

gerati spiritu fecunditatē induent, & ad  
dignitates sublimabuntur: plurimi vero qui  
summis hic honoribus cumulantur, quicque  
maximi à cunctis sunt, in illa die conte-  
mneatur, omnia per ipsa facti, æter-  
num opprobrium & maledictionem sempi-  
ternam pro honoribus & gloria sacrificen-  
tur. Omnia denique illic conuertentur, &  
aliam faciem induent: sola namque bona  
opera estimabuntur, & mercedem accipient,  
& de solis ijs, qui eadem dum viuerent fece-  
re, dicetur, *Voca operarios, & redde illis merce-*  
*dem.*

VII.

*Matt. 20.*

Hic ad oculum Catholicæ fidei veritas, &  
Bonorum è contra subdolæ hæreticorum artes & com-  
mentitia impostura detegitur. hic vnuer-  
ces adstrui-  
falsis & communis totius Ecclesiæ opinio &  
fides asseritur: hic meritorum bonorum  
que operum merces adstruitur, quod & è  
sacrae Scripturæ locis confirmari potest, ut  
illo Geneceos, *Ego sum me ces tua magnani-*  
*mis. item illo, *Non perdet mercedem suam.* &*  
*illo Matthæi. Gaudete & exultate, quoniam*  
*merces vestra copiosa est in cœlo.* A nobis ipsis,  
fateor, nihil mereri possumus: quid enim  
aliud quam servi inutiles sumus? Vetus  
Deo manum auxiliatricem admouente, no-  
bis gratiæ tantum conferit, vt quidquid a-  
gamus meritorium sit & pretij infiniti. Ope-  
ra enim nostra in se considerata & secundum  
naturam suam, nihil aut saltem exiguum  
quid promerentur, sed Christi Iesu meritis  
fulta, & cruce illius passioneque tinteta, infi-  
nitum continere meritum solent, eque spre-  
cis quiddammodo & vilibus lancta sunt &  
pretiosa.

*Gen. 15.**Marc. 9.**Matth. 5.*

Opera no-  
stra exse-  
nihil me-  
rentur, sed  
gratiæ di-  
uinæ inni-  
xii.

Putrescentes aquas Ierichuntas Propheta  
Elisæus injecto sale dulces reddidit, insipi-  
dasque in suaves commutauit. Aquæ ha-  
perum nostrorum imago sunt & figura, quæ  
natura insipida, amarula, ingrata & o-  
mnis meriti expertia: mōx ut passione &  
cruce Domini nostri Iesu Christi conper-  
guntur, nihil illis haberi potest dulcius, ni-  
bil gustui suauius, nihil palato diuino iucun-  
dius.

*4 Reg. 2.*

Mirabilium illa opifex manus Mosis cum *Exod. 4.*  
nuda in apertum proferretur, lepram præ-  
ferebat:

ferebat: sed ad sinum deinde reducta, omnis expers erat maculae, & mundissima. Id ipsum de operibus nostris sentiendum est, quamdiu enim in se, & sola & secundum naturam considerantur, quamdiu nuda spectanda se offerunt, lepram, spurcitem, & lordes intentibus ostendunt: sed in sacratissimae Dominicæ passionis sanguine reposita, eiq; immersa, mirum ut splendeat quamq; diuina oculis gratia sint & accepta.

**Deus pri-**occurred, non solum hominem in honorum  
marius bo- norum ope operum exercitio incumbere, aut laborare  
rum nostro sed præcipias Deum hic partes agere, ipsum  
etiam auctor.

collaborare, ipsum quidquid in operibus his  
difficile est, quidquid laboris exhauiendum  
in se suscipere: ipsum etiam omnes illis ni-  
torem, pulchritudinemque & præcipuum  
meritum conciliare. Vnde per Prophetam  
olim dictum est, *Cum ipso sum in tribulatio-  
ne, id est, in operibus grauibus difficultatem  
que continentibus, atque ideo ipsum inuo-  
cabit, qui dicebat, Veniat ad me sapientia  
Dei, ut mecum sit, & mecum laboret. Tanta  
porro Dei nostri misericordia est, ut quam-  
vis præcipias ipse partes agendas suscipiat,  
& solus propemodum agat: hominem ra-  
men velit in solum assumere, sibique col-  
laborare: ea quoque conditione, ut sola ex  
operibus nostris promanans gloria in ipsum  
redundet: homini vero soli victoria assigne-  
atur, perinde & etiam corona ac merces ei-  
dem cedar.*

Nonne per humanus & per benignus dux  
ille censendus esset, qui postquam urbem al-  
liquam fortissimam obsidione pressisset, &  
grauissimos indies labores in castris pertu-  
isset, sudasset, vulnera exceperet, caput di-  
ferrimini expoluisset: dum, parva iam victo-  
ria, triumphus agendus foret, & late ipse  
corus exercitus plausu iamiam esset excipien-  
dus, omnem in præfectum, aut vicarium, aut  
vnum e comitatu ilionibus suis gloriam &  
triumphum transferret? Ita fecisse loab cum re-  
ge David legitur: cum enim fortissimus ille  
castra Rabba perfringisset, & interneccio-  
ne deluisset, urbem quoque Aquarum ma-  
gno labore & periculis oppugnasset: eam  
dem prius ingredi noluit & expugnare, qua-

regem certiore reddidisset, num ipse eam-  
dem intrate vellet, ut ita Victoria Regi &  
non sibi ascriberetur. Eodem proposito modo Deus cum vineæ suæ operarijs & militi-  
bus suis agit: cum enim ipse omnem pro-  
modum laborem perficerat, omnem difficulta-  
tem absolveat, ipse, quod durum, grade,  
& molestum est agendum, in se suscipiat; ho-  
mini tamen meritum omne adscribit, in  
ipsum omnem laudem & gloriam traducit,  
victoriæque ei acceptam referri vult, adeo  
ut quidquid bene, prudenter, fortiter, ani-  
moseque gestum est, hominem solum fecis-  
se dici cupiat.

Vult Deus  
bonorum  
operum vi-  
ctoriam ho-  
mini ad-  
scribi.

Expressum hoc aliqua ratione fuit in ob-  
sidio & expugnatione Ierichonitana. Præ-  
pernamq; hic Deus, ut omnis populus ar-  
matus, & velut in acie constitutus consiste-  
ret, itaq; civitatem murosq; circuaret; cum  
tamen ipse sua virtute muros ad terram dej-  
cere decreuisset. Præcepit hoc, non quod  
simplex hæc murorum circuitio aliquid in  
eorum ruinam deiectionemque adiumentum  
adferret, verum ut has ratione Deo populus  
cooperari videretur, victoriæque ita parti-  
cips fieret.

Ioas rex Israel eum sagittas in incertum 4. Reg. 1:  
emitteret, superueniens Elisa prophetæ  
manus manibus regijs superimposita, itaque  
simil jactulati sunt. Allegoricæ historiam  
hanc exponens, deo hominem, qui hoc in-  
mundo à Deo rex est constitutus, dum ho-  
norum operum tela caritatis eximiae arcu e-  
mittit, à Deo adiuvari, Deum manus super-  
ponere, iustum dirigere, meritumq; & robur  
addere; velle etiam ut bonis operibus merces  
sua & præmium reddatur.

*Redde mercedem.* Iterum dico, opera no-  
stra, in propria radice considerata, & ita ut è  
proprijs arbitrij nostri truncu pullulant, nul-  
lam virtutem supernaturalem, nihilque me-  
ritorum continere: omnes namque iustitiae  
nostræ, ut Propheta præcinit, instar panni  
menstruaræ sunt. Tamen si, in quantum tan-  
guine & meritis Christi Iesu sublimata sunt,  
considerentur, infiniti ipsa valoris sunt, mer-  
cedemq; promerentur amplissimam. Christus  
enim fons, principium, & fundamentum  
omnium nostrorum meritorum est. Huc allu-  
dæs.

*Psal. 90.*

*Ios. 9.*

*Ios. 9.*

*Matth. 10.*

*I/a. 64.*

*Cam. 3.*

dene amans illa sponsa dicebat, Species eius ut Libani: in quo sponsisui pulchritudinem Libano rosis & floribus variegato comparauit, idq; non sine mysterio. Libanus quippe mons est prealtus & quasi celo minans, è quo omnia ligna, rigna, trabes & columnæ, quas templo suo rex Salomon indidit, petite sunt; adeo, vt in solo Libano omne templi magnificentissimi decus & ornatum creuisse videatur. Sponsa igitur, ut ostendat omnia merita nostra, à quibus ædificium illud coeleste construitur, à sposo proutenire, Libano cum similem esse dixit, quo etiam referri possunt, verba illa Esaiæ, Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: quod omnis sanctitas gloria, & Ecclesiæ splendor ac pulchritudo, omnisque meritorum nostrorum fructus, vni Christo accessus referri debeat.

*Rom. 11.* Id ipsum monuit & Paulus, cum in Epistola ad Rom. ait, Tu autem cum oleaster es, insertus es oliva, & focus radicis & pinguedinis factus es. Oleaster, & quidquid sylvestre, natura sua amarum est, nullumq; fructum palato gratum profert; mox tamenq; ol. ux inscritur, de fecunditate & virtute illius participans, fructus gratissimos & suauissimos profigit. Id ipsum de operibus nostris censendum est; ex se enim sylvestria sunt, amara & insipida, eo quod peccatum includunt, & nullius, vel saltem exigui meriti sunt: at si per fidem & caritatem arbori vitæ, que Christus est, inserantur, gratiarum illius participes efficiuntur, operandoque gloriam æternam ex condigno, ut Theologi loquuntur; promerentur. Quod conuentio ex denario diurna inito, & merces operariis persoluta designat.

*VII. III.* Et accepterunt singuli denarios. Hi porro denarij, quibus ex condicto operariis persoluntur, vitam æternam denotant, in quo doctores & interpres omnes mirum in modum cœsentient. Sed hic disquirendum cur vñus idemque denarius omnibus persoluatur: cuius rei tres inter se pugnantes opiniones iaueniuntur. Prima hereticorum est, dicetum in vñuersa parabolæ huius serie non aliud Christum designare voluisse, quam gloriam beatorum aliquando æqualem fore, ut pro-

que ex mera detur gratia, non vero operibus acquiratur, quod hic omnes operarij post laborem exactum, vnum cumdemque denarium receperint. Altera nonnullorum Catholicorum est, qui novitatem omnem consecantes, dixerunt, Christum hic ostendere voluisse, Deum præter omnium opinionem, minorem nonnullis, & quibusdam etiam maiorem beatitudinem quam promeriti sint, daturum. Tertia & omnium communissima est, Deum hic designare æternæ vitæ mercedem non temporis, quod laborando impensum est, sed opere facto respondere: accedit enim sapientia, tantum operis ab uno horæ spatio fieri, quantum ab alio vix solido die, qui proinde parem mercedem & eundem denarium recipiunt.

Eo proposito modo, quo sapiens olim de *Sap. 4.* iusto locutus est, Consummatus in brevi & pluit tempora multa, id est, Iustus licet nō adeo diu vixerit, tautum tamen operatus est, quantum qui multa vixerint secula. Ita, qui undecima hora venerant, & nonnulli vñius hora spatio in vinea laborabant; eundem tamen, quoniam castillo tempore tantum praestiterant, quantum qui toto die operati fuerant, & pondus diei & æstus sustinuerant, opere peracto à patrefamilias denarium receperunt. Hinc discant Religiosi, non iactare se Religiosi de professionis & vocationis diuturnitate, non debent discant non efferre se, quod diutius in corse iactare nobis vixerint; hic enim fortassis, qui non nisi de professis ab hinc anno habitum monasticum assumpsit, plus apud Deum promeritus est, quam plures alii, qui aliquot lustra in Religione transegerunt.

Cum igitur procurator denarium singulis daret nonnulli conqueri & eum iniuritiae insimulare capere: illi enim, qui portauerant pondus diei & æstus, & à mane usque ad vesperam laborabant; ægre fetebant, eos, qui nonnulli circa finem diei in vineam venerant, & vix horam laborando insumpserant, eadē mercede donari. quocirca procuratori dixerunt indignantes, *Hic una hora laboraverunt, & pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.* Similes esse dixerim operas has militibus, quorū in libris Regum habetur mē-

Operarii-  
rum mur-  
matio.

*Matth. 20.*

*Reg. 10.*

tio ; hi enim vrbe Siceleg , quæ in tribu Si-  
meon in finibus Iudaæ sita erat , expugnata ,  
nolebat socios qui ad sarcinas reliqui erant ,  
impedimentaque custodierant , despolis præ-  
daq; participes facere .

Meriti ma-  
gnitudo è  
tribus col-  
ligitur.

Gen.31.

Luc.15.

4.Reg.10.

De veris q.  
16.art.6.  
ad 8.

1.Reg.28.

Notandum hic porro est , meriti magnitudinem & excellentiam è tribus potissimum rebus eici posse . Primo è temporis diuturnitate . Seruus enim , qui plurimos annos Domini sui obsequio impendit , maiora profecto promeretur eo , qui nonnisi abhinc bimelli vel trimestri in familiam venit . Hoc potissimum nixus fundamento Jacob de socii sui Laban inhumanitate & ingratisudine conquestus est ; Vixinti annis seruui tibi , & tam indiguis me modis habes ? Eodem nitebatur & filij prodigi frater , cum patti queribundus diceret , Ecce tot annis seruui tibi . Id est , Quid hoc video mi pater , tanto tibi tempore seruui , & nunquam aliquo gratia nimi signo obsequiu meum cōpensasti . Rex item Ezechias cum D. o fidelitatem suam testatam veller , dicebar . Memento quo modo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfida .

Secundo meriti magnitudinem augent difficultas & labor , qui in opere insumptus est . Seruus enim , qui vitam suam discrimini tui causa exposuit , pluribusq; caput obiecit periculis , maiora promeretur beneficia , quæ qui nudo seruitij & obsequij nomine contentus , nihil tui ergo passus est . Hinc D. Thomas Aquinas credit quoad præmium accidentale multis Martyrem parsangis Confessoribus , antistare salis item plurimis quoad essentiali , qui diutius se diuino obsequio manciparunt , quamvis ipse non nisi breuissimo spatio Deo fuerit obsecutus . Atque hæc est causa , cur merita nostra exigua sunt : quod videlicet non nisi in felicibus lætisque Deo obsequiamur , in difficultibus vero ipsum deseramus . Quamobrem unusquisque nostrum audacter dicat , quod olim David profugus coram rege Achia tēpore prælii dixit , Nun videbis que fatturus es seruus tuus . Cum enim difficultas aliqua refurgit , cum molestiarum procellæ iagruunt , dicamus Deo : iam videbis Creator & conditor meus , quid tuosim nomine acturus , quid

tui causa passuta ; hodie fidilitatè tibi meam probare , hodie fidum obsequium mecum tibi dedicare conabor .

Tertio ad meriti magnitudinem non pa-  
rum facit , ipsa caritatis & gratiae vis ac ma-  
gnitudo : ita qui inter seruos amplius à do-  
mino diliguntur , eius quoque gratiæ sunt o-  
pera , & oculis heris accepit . Ita Luc. 2. *Luc. 2.*  
Viduæ ilius duos denarios gazophylacio  
inseruent eleemosyna Deo gratiæ exstitit ,  
quam eorum , qui thesauros ingentes & ta-  
lenta regia offerent . Ad eundem plane mo-  
dum , ij , qui hodie hora undecima in vineam  
venire , majori mercede donati abeūt , quam  
qui ab aurora principio in eadem deluda-  
runt . Quamvis enim Deus iuxta meriti ma-  
gnitudinem mercedem assignet , ex merito ta-  
men beneplacito puraque voluntate gratiam  
huic minorem , & illi maiorem erogat ; can-  
dem prout vobis fuerit vniuersaliter distribuen-  
do , adeo , ut merito nemo conqueri , se cæte-  
ris quid minus accepisse , queat .

Nam , quæ in ipso rerum exordio , nulla de Creatura Dei iniquitate iniustiaq; conqueri potuit vna mur-  
creatura , quod majori dotata perfectione nō murare nō  
fuerit , & minus absoluta facta sit cum enim potest , licet  
omnia è nihilo condiderit , vniuersique quod alia à Deo  
vobis fuit , donauit ; ideo etiā vnam quamq; perfectior  
creaturam infinitas illi agere gratias par est , sit condita  
quod cum nihil est , imo nōdum existet .  
Deus tibi esse aliquod contulerit , ita in gra-  
tia statu idem conditor Deus , omnia è pcc-  
cato , quod non nisi meru nihil est , condidit , ac  
proinde quod huic maiorē , illi minorē gra-  
tiā elargiatur , nemo merito conqueri potest ,  
at vniuersaliter potius ex officio incabit , infini-  
tas ei & immensas gratias & agere & referre .

Formosæ illæ Virgines , quæ in gynæcio *Esther. 2.*  
& conclavi Assueri regis asservabantur , ex  
omnium regnum finibus congregatæ .  
Esther inuidere non poterat , quod sibi il-  
lam à Rege prælatam , majorique honore af-  
fectam cernerent . Nam cum unaquæque se-  
cum cogitaret , se è plebeia & humili ancil-  
la regio tandem thalamo destinandam , &  
ad regiam propemodum dignitatem cue-  
ctam , gemmis & auro rutilare ; statuere in  
animo poterat , nullam sibi iniuriam fieri ,  
si Esther cæteris ab Assuero præponeretur .  
Dicen-

Dileendum est igitur, eos qui non nisi vnde-cima diei hora, id est, sub lege Euangelica in vinea Domini laborarant, maiori dotatos gratia, quam qui in lege natura aut Mosaiica vixerunt, maiori etiam donari mercede, maius que premium recipere: atque illos immemorato patrem familias de iniuritate & iniustitia traducere & conqueri, quod enim denarium iis daret, quem condixerat, quemq. operande promeriti erant, alii vero serius venientibus tantumdem daret, bonitati illius & benignitati ascribendum, in quo nullam cul-pandi aliis occasionem dedit. Relinquamus igitur iniuriosos hunc murmuratores & oblo-cutores, Deique potius benignitatem demiri-mur, atq; ita parabolæ huic finem impona-mus.

**Conclusio.** Vos autem Christiani Auditores, animo repetite obsecro, quidquid haec tenus dictum est, remia scami, inquam, Ecclesiam vi-neæ, Christum Domini vineæ, nos ipsos ve-ro operariorum imaginem gerere: Deum quoque omni diei, id est, vita huius, hora, sanctis inspirationibus permutendo, egre-di, & nos conducere, ut in vinea haclabore remus: alios quidem in flore & aurora æ-tatis, alios vero in ætate virili & vita meri-die, nonnullos etiam circa decrescentem seni diem. Hæc, inquam, animo vestro penitus insculpite, sanctis operibus incum-bite, Dei vos obsequio consecrate, otium fugite & segnitiem: & cogitate, acriter il-los à patre familias correptos, qui in foro steterant otiosi, exspectantes donec ab ali-quo conducerentur: nolite stertere, otio-que indulgere, sed toto vita vestræ tem-pore strenue laborare, ut cum vesper in-guerit, denarium in mercedem recipere possitis.

Tu vero, ðæterne rerum conditor, magis familias pater, cuius vinea Ecclesia est, cuius opera nos ipsi, & cuius labores cul-tusque opera nostra meritoria, nos iam inde a baptismino vocasti, ut in hac vinea labo-remus & sudemus; conduxit, & nobiscum conuenisti, ut, postquam toto die, aut a liquo saltem tempore in hac vita laborau-imus, beatitudinis nobis denarium per-soluas. Verba porro tua veracissima sunt,

promissa tua certissima; cohuenta tua irre-uocabilia, adeo, ut ne minimum quidem dubitemus: scimus enim, quod, quam-uis opera ex seipso nihil omnino valeat, modo filij tui meritis innixa suffultaque sint, pacto quod nobiscum iniisti præsupposito, in remuneracionem tamen, tandem ali- quando, id est, ultimo & nouissimo vita die, & circa ætatis vesperam, denarium accepturi sumus, vitam, inquam, beatam ac semperternam, ad quam nos Pater & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignentur. Amen.

### DOMINICA S E X A G E S I M . A.

#### Partes:

- 1 Paralole quedam de verbo Dei.
- 2 Cur parabolis usus Dominus, & quis semi-nans.
- 3 Quales esse oporteat satores verbi Dei.
- 4 Quae alia seminatio ad unita.
- 5 De clamore Domini, & auribus populi.
- 6 Quod semen cadat secus viam.
- 7 Quod semen cadat supra peiram, & quod in-ter spnas.
- 8 Qua terra bona, & quis eius fructus.

Exiit, qui seminat seminare semen suum.  
Luc. 8.

### F I G V R A.

**S E C U N D A** genetationis auctor Noë *Genes. 8.*  
Scum arcam, qua se suoque à diluvio im-munes seruaret, à Deo iussus esset fabrica-re, magno eam artificio & industria com-pegit, ita ut in eadem diuersas mansiunculas & habitacula diuersis vñibus accomoda construxerit. Quintuplia eidem fuisse credunt Doctores & loci illius interpretes; vnum sordibus egerendis destinatum, & for-micarum vice fungens; in secundo, que ad victum necessaria erant, asseruabantur, in tertio animalia fera & indomita contine-bantur; in quarto, mansuetæ & hominum commercio gaudentia; quintum denique